Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift

similitudines contra illos dicerimus. putet nos aliquis per similitudines istas iam pueriisse ad id qd nec dici nec cogitari certe a parvulis potest. Et si potest ab aliquibus maioribus poti ex parte poti in enigmate potest. per speculum non dum autem facie ad faciem. Demus et nos aliquas similitudines adversus illos unde illi refellantur. non unde illud capiatur.
Et enim cum dicimus valde posse fieri posse intelligi ut et natus sit et coeternus sit ei a quo natus est ut hoc refellant et qsi falsum esse demonstrent. Similitudines nobis dant, unde de creatura, et dicunt nobis. Homo itaq; erat ante quam generaret filium. et ovis et cetera animalia. Similitudines adhibent de creaturis. Quid nobis laborandum est ut et nos inveniamus similitudines earum rerum quas astruimus.
Quid si non invenirem non recte possim dicere naturam a creatore. fortasse similitudinem in creatura non habet. Quanto enim superat ea que hic sunt in eo qd ibi est tanto superat ea que hic nascuntur in eo qd ibi natus est. Omnia pcim hic sunt et quid tamen est comparandum do. Sic omnia que hic nascuntur illo efficiente nascuntur. et sic forsitan non inveniatur aliqua similitudo naturae eius. Quoniam non inveniatur substantiae eius et immutabilis divinitas in vestis eius. Quid enim simile hic inveniri potest. Si q forsitan nec naturae similitudo inveniatur. Iamq inde oppressus sum quia non inveni similitudines creatori omnium in creatura cupiens invenire qd simile ei creatori. Et reuera fr non sum inventurus temporales similitudines quas eternitati possim comparare. et tu quas invenisti qd sunt. Quid enim invenisti quia maior pater est tempore quam filius. et idcō nus ut

maior est filio suo. Ergo erat ante qm generaret filium.